



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Priori Et Conventvi Lateranensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

nostrum Hierosolymitanum Patriarcham, tunc Episcopum Vercellensem, de canonicatu Ecclesiae sancti Vincentij de Gallian. Mediolanensis dioecesis fuerit investitus, & idem Patriarcha Praeposito & fratribus ejusdem Ecclesiae mandaverit ut dicto A. quantum uni de residentibus ibidem de communibus proventibus assignarent, ac ipsi per eundem, pro eo quod ejus parere mandato contumaciter recusabant, fuissent ab officio beneficiorum suspensi, & excommunicationis demum vinculo in nodati, licet postmodum investituram ejusdem ratam assurerint se habere, partem tamen ei debitam subtraxerunt, quibus cum postmodum per venerabilem fratrem nostrum Laudensem Episcopum & coniudices suos delegatos a nobis sententialiter fuisset injunctum ut eidem tantum de proventibus Ecclesiae prefatae conferrent quantum perciperet unus ex aliis in eadem, ipsi, ut eum fatigarent laboribus & expensis, ad sedem apostolicam appellarent, dicentes se nihil datus eidem nisi continuè in Ecclesia resideret, ex eo sub specie justæ cause materiam malignandi sumentes quod ibidem ei mora periculosa nimis existit occasione banni cuiusdam, cui eum Mediolanenses Consules subjece- runt. Propter quod idem ad sedem apostolicam iteratò laborans, ad dilectos filios Abbatem de Capite lacus & collegam suum nostras litteras reportavit. Qui secundum tenorem litterarum ipsarum Praeposito & Capitulo prenotatis sententialiter injunxerunt ut ipsi Ambrosio quantum uni ex residentibus assignarent de communibus proventibus Ecclesiae sœfatae, ubi cunque manereret, donec praedicta necessitate cessante tute residere valeret ibidem, & nihilominus de subtrahitis satisfacerent competenter: in quos, quia mandatum eorum furdis auribus pertransibant, judices excommunicationis sententiam promulgarunt; sicut per instrumenta coram auditore memorato exhibita liquido edocebat. Vnde idem Ambrosius nobis humiliter supplicavit ut finem suis laboribus imponentes, ipsas sententias dignaremur apostolico munimine roborare. Nos autem auditis iis & aliis quæ idem Cardinalis fideliter retulit coram nobis, cōcommunicato fratribus nostrorum consilio, praedictas sententias confirmantes, discretione vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus ipsas faciat sublato appellationis obstaculo firmiter observari. Quod si Praepositus & Clerici supradicti contraire

præsumplerint, ipsos auctoritate nostra per subtractionem beneficiorum appellatione remota parere sententia compellatis. Nullis litteris harum expressa mentione non habita obstantibus, si quæ apparuerint a fede apostolica impetrata. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Signæ xii. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno decimoquinto.

*PRIORI ET CONVENTVI
Lateranensi.*

Coram dilecto filio Petro tituli sanctæ Cæcilie Presbytero Cardinale, quem vobis & Clericis basilicæ sancti Laurentij de Palatio dedimus auditorem, yconomus ejusdem basilica petiit vos arceri ab inquisitione quam dictis Clericis circa spiritu- alium administrationem in sua parochia præsumebaris inferre, ab arcu videlicet sancti Danielis usque ad domum Iohannis Matij citra & extra formam ex utraque parte via, & à scala Episcopi Albanensis usque ad domum Iohannis de Mutina, & à domo Iordanis Petri Leonis usque dd hospitale sanctæ Mariæ in Spaczolaria tam ex una quam ex altera parte via, qui ut de jure posset basilicæ supradictæ docere, decem testes induxit, per quos ostendit Clericos sancti Laurentij habitantibus infra prædictos terminos spiritualia ministrasse. Ad hæc yconomus vester respondit quod cum præfata parochia juris esset Lateranensis Ecclesia, prout per privilegium felicis memoriae Calixti Papæ prædecessoris nostri continens fines parochiae vestra probabat, & à longissimo tempore Lateranensis Ecclesia eandem parochiam possederit sine lite, vos possessioni legitima incumbentes non videbami nisi aliquos indebet molestare, cum non intelligatur injuriam facere qui utitur jure suo; & ad probandum usum longissimum & præsen- tem testes induxit, per quos sufficienter edocuit Lateranensem Ecclesiam à quadriginta sex annis usque ad tempus motæ litis & post exercuisse jura spiritualia in parochia sœpedicta. Dicebat etiam quod si medio tempore infra fines prædictos pars altera præsumpsisset aliqua parochialia exercere, cum nihil de proprietate doce- ret, & ex parte vestra longissima & continua possessio probaretur, & duo in solidum eandem rem simul & eodem modo possi- dere non possint, convincebant adversarij prædicta clanculæ usurpare. Contra tenorem vero cuiusdam scripti sub nomine bonæ memorie Alexandri prædecessoris

F. p. 2. 152.
De limib. Eccl. Late-
ranensis.

nostri coram eodem Cardinali à parte ad verfa exhibita respondebat quod non erat authenticum, cum nec esset bulla munitum, & haberetur meritò in stylo suspectum. Verum cum Ecclesia Lateranensis inveniretur in possessione parochia supradictæ, & actore non probante, reus, ersi nihil præstiterit, debeat obtinere, cum instantia postulabat parti adverla imponi silentium & compesci ne super possessione præfata parochia vestram Ecclesiam ulterius molestaret; præsertim cum nomine præfata basilice, in qua solus Romanus Pontifex celebrat Missarum solemnia, & intra suum palatum est constructa, parochiam vendicare non possent, nec etiam nomine inferioris Ecclesia, quam ipsi de quadam crypta vel stabulo in oratorium a non longo tempore converterunt. Nos autem auditis iis & aliis quæ idem Cardinalis fideliter retulit coram nobis, & habito fratum nostrorum consilio, yconomum vestrum nomine Lateranensis Ecclesiæ ab impetione prædicta, quam contra vos yconomus præfata basilice movit, decrevimus absolvendum. Nulli ergo &c. definitionis &c. usque incursum. Datum Signie Idibus Augusti, pontificatus nostri anno decimoquinto.

MAGISTRO MAXIMO
Notario nostro.

Epiſt. 153
Vt poffit ab
ſolvere excom
municatos.

Nonniſi testimonio laudabilis fama notis vel experimento viæ commen- dabilis approbatis confuevit ſedes aposto- lica committere vices suas in iis quæ ſibi ſpecialiter reservavit. Cum igitur pruden- tiam tuam officij executione fideli & longa conuerſatione ſimus experti, volentes per te obviare periculis que incidentibus in canonem ſententia promulgata neceſſitas poſſet inferre, de gratia ſpeciali auctorita- te tibi præſentium indulgemuſt ut illis quoſ pro injectione manuua violenta inveneris vinculo excommunicationis aſtriectoſ in partibus Romaniæ auctoritate ſediſ aposto- lica juxta formam Ecclesiæ beneficium abſolutionis impendas; niſi excessiſ co- rum fuerint adeo diſſiciles & enormous ut merito ſint ad ſedem apostolicaem deſti- nandi. Datum Signie xi. Kal. Septemb. pontificatus nostri anno quindecimo.

V N I V E R S O C L E R O
Confantinopolitano.

Epiſt. 154
.Vi pareant
Notario Lega
te apſtolico

Et si dilectum filium magistrum Maxi- mum Notarium noſtrum pro negotio patriarcali Ecclesiæ ſpecialiter deſti-

mus, volementes tamen ut in vobis fructum faciat generalem, qui nunc & Patriarcha pariter & Legato caretis, vices noſtræ ei duximus committendas ut quandiu apud vos pro illo ſpeciali negotio moram cum facere oportuerit, neceſſitatibus & utili- tibus vestrī ſtudeat providere. Quocirca univerſitati vestræ per apſtolica ſcripta mandamus quatenus ſuper iis ad ipsum re- curſum habentes, rectis ipſius diſpoſitioni- bus obedire curetis, quas ratas haberi vo- lumus & jubemus. Vnde ſententias quæ rationabiliter tulerit in rebelles uſque ad ſatisfactionem condignam præcipimus in- violabiliter obſervari. Datum Signie xi. Kal. Septemb. pontificatus nostri anno de- cimoquinto.

ILLVSTRI CONSTANTINOPOLITANO
Imperatori.

Licet ſecundūm Apoſtolum inſtantia noſtra ſit omnium Eccleſiarum foli- citudo continua, ad illas tamen Eccleſias præcipue debemus aciem noſtre proviſio- nis extendere quæ viciniores ſunt apoſto- licæ ſedi, ersi non loco, privilegio digni- tatis. Sanè cum Eccleſia Conſtantinopolitana ſecundūm locum obtineat poſt Ro- manam, ejus proviſionи libenter intendi- mus, ut non fit à cura remotior cum ſit vicinior dignitate. Vnde ipſius negotium tam ſuper elecione quām poſtulatione ce- lebrata de novo perfonæ non duximus committendum ignorare; ſed à nobis mi- timus hominem longa conuerſatione no- tum & officij ſui fideli executione proba- tum, magistrum videlicet Maximum No- tarium noſtrum, nobis ac fratribus noſtri merito ſue probitatis & fidei carum ad- modum & acceptum: in quo & honoris pro- prieſtatis & utilitati prvidimus Ec- cleſia memorata; quem etiam quanto ca- riore habemus, tanto attentiū tuæ magniſcentiæ commendamus, rogantes quatenus ſic eum ob reverentiam apofolice ſediſ & noſtram habeas committendum quod in ipſo tuæ ſerenitatis affluo, quem probaris ad nos gerere, ſentiamus, adhibens ei fidem ſuper iis quæ à nobis accepit tuæ imperiali prudentiæ propo- nenda. Datum Signie xi. Kal. Septemb. pontificatus nostri anno decimoquinto.

MAGISTRO MAXIMO
Notario nostro.

Scriptum eſt in Apocalypſi Iohannis 22. 8. 18.
De electio-
parrada
Cœlum
ante
quod in medio ſediſ & in circuito ſe-
dis erant quatuor animalia plena oculis